

Johann Ernst Schaper

Johannes Ernestus Schaperus Med. Doctor, Eiusq[ue] Professor Publ. Ducalis Et ... Decanus ... Ad Disputationem Solennem ... Dn. Georgii Loffhagen ... De Febre Petechiali Pro Supremo Doctoratus Gradu In Medicina Obtinendo Habendam Ad D. August. ... Omnium Ordinum Cives Academicos ... Invitat

Rostochii: Wepplingius, [1696]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730128636>

Druck Freier  Zugang



R.U. med. 1696.

Johann Ernst Schaper, Praes.

Georg Löffhagen, Resp.



5

JOHANNES ERNESTUS SCHAPERUS

MED. DOCTOR, EJUSQ; PROFESSOR PUBL. DUCALIS
ET AD PRÆSENTEM ACTUM

DECANUS

SUO & AMPLISSIMÆ FACULTATIS SUÆ NOMINE

AD

DISPUTATIONEM SOLENNEM

VIRI PRÆNOBILIS ATq; DOCTISSIMI

DN: GEORGII BOSSHAGEN,

LEONTINENSIS MARCH, MEDICINÆ CANDIDATI DIGNISSIMI,

ET MEDICI MILITIÆ PRÆSIDII BOIZENBURGENSIS VOCATI

DE

FEBRE PETECHIALI

PRO SUPREMO DOCTORATUS GRADU

IN MEDICINA OBTINENDO HABENDAM

AD D. AUGUST.

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS

MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM,

UTRIUSQ; REIPUBL. PROCERES COETEROSQ; OMNIUM

ORDINUM CIVES ACADEMICOS ET LITERARUM

FALTORES EA, QVA PAR EST, HUMANITATE

ET OBSERVANTIA INVITAT

ROSTOCHII,

TYPIS JOH. WEPPLINGII, UNIV. TYPOGR.

1896

Vis sine febre mori

Proverbium quidem sed Veri-
verbium est, Communior quip-
pe morbus non datur nec fre-
quentior quam ipsa febris, ut
non facile ægrum inveniri per-
svasus sim, qui ex febre non la-
boret, ad minimum sympto-
maticâ; Quoties enim ægro-
rum lectis affides, ex querelis de frigore cum æstu alter-
natim invadente, de sudoribus æstum insequentibus, &
de aliis mutationibus febrem adesse notabis, si ex restitutis
de morbo quæris, febrem fuisse plurimi respondent, &
de morbis succumbentium, adstantes vel agnati cum lo-
quuntur, homicidii febrem accusant, nec injuria, ejus e-
nim facinoris nulla magis rea, nullaque frequentior est,
quam quæ ob subitanæam & maximè peregrinam sangui-
ni inducens mutationem ad interitum agit & febris mali-
gna dicitur, quæ tam citi progressus est, ut sæpius non acu-
tæ, sed acutissimæ febris contenta nomine esse velit, &
contagio suo subtili, velocissimo malignitatem non sine ad-
stantium insigni terrore, probet. Impetuoso hujus & tam
nocivo dominio, quò *mista senum ac juvenum densantur
funera*, ut maturè resistatur, omnes sive territi, sive pau-
lo animosiores, remedia poscunt, quilibet ad Hygieinam
provocat, quæ ex voto varia porrigit remedia: Acida, Ter-
rea, Alcalia Fixa & Volatilia & quæ numerum excedunt
alia; omnia bona sunt, sed omni tempore omniq; in mor-
bo exhibita non valent, delectum instituat & momentum
opportunum eligat Medicus, quod facile, si difficilius cir-
ca individua causam probe agnoverit, sic ad remedia salu-
ta-

taria eligenda fores pãnduntur. Universalis æthiologiã
rem expedire non potest, non acidum, non viscidum, si fri-
gus, non alcali sive volatile sive fixum, pro universali morbo-
rum causa sufficiunt. Diverfa unius hujus febris malignæ
symptomata à priori causam diversimodè diversam sat ar-
guunt, Paulus cum his, Petrus aliis stipatur sympto-
matibus. A posteriori experientia hujus interpres est, quæ
enim hoc anno juvant ægrumque liberant, sequenti no-
cent & potius occidunt; Suã indubitatã fide confirmat
illud Ceieberrimus & indefessus morborum acutorum Indaga-
tor TH. STDENHAM oper: I. Sect: I. Cap. 2. p. m. 8. Hoc
pro Comperto habeo, inquit, ex Multiplici accuratissimarum
observationum fide, diçtas morborum species præsertim conti-
nuas ita toto, quod ajunt, celo differre, ut quã methòdo corrente ano-
no agros liberaveris, eãdem ipsã, anno jam vertente, è medio tole-
les. Sic diversa vi agendo maligna febris, causam suam
mutatam manifestò probat; Massam sanguineam in fe-
bribus ardentibus turbatam esse, ut generale satis, sic in-
sufficiens simul pro remediis convenientibus eligendis,
dogma est. Circulum sanguinis in febribus ardentibus im-
pediri, priori doctrina specialis magis, sed maximum
momentum, quò felix in curatione successus obtinetur, æq;
deficit, hinc alii acidum, alii alcali volatile accusant; utrumque
que accidere potest, ab acido quippe coagulatus sanguis
sic crassior omnes corporis meandros minimos per erra-
re nequit; a volatili nimio valde mobilis sanguis cum sy-
stolen & diastolen cordis necessariam in statu sano reci-
procam ita servare nequeat, inordinatum hunc minus que
reciprocum per canalium myriades motum, hinc excipit
mora, & sic à volatili circulus æque impeditur. Contagi-
osæ febris autem frequentior causa in volatili consistit
purpure laticis, nexum quod dissolvit, & nimiam flui-
ditatem

ditatem inducit, sive enim symptomata hæmorrhagiã imprimis, diarrhæam & sudores Colliqvativos &c. spectes, quæ communissimè eam comitantur, sive à posteriori, quò ratio indubitato confirmatur concludere amas, ex remediis felicissimo successu exhibitis, febrem in dissolutione nexûs sanguinis excessivã constitisse facilè judicabis. In febre Hungaricã mortuorum sectio ultima obsidione Budensi docebat, cujus efficaciam succi illorum Cadaverum secus ac in homine violentè interempto contigit, cum acidis vehementissimè effervescebant, & è bubone pestilentiali fetidum sal volatile non acidum extrahebant Curiosi indagatores, vid. *Zodiac. Med. Gal. Ann. 2. Obs. 2 Mens. Maj. Celeberrimus Wepferus* iis qui acidum & frigus febrium malignarum causam uni versalem volunt, è diametro contrariatur in *histor: Cicut. aquat. p. 53.* In Cadaveribus malignè febricitantium nunquam ulla coagulati sanguinis, fluidioris verò & floridioris indicia uberiora reperta fuisse, & quibus hæctenus in Petechiis Consilia suppeditavi, ex symptomatibus remediisque acidiusculis adhibitis felicissimè, ex alcali volatili causam esse frequentiore confirmatus, vel ipsum Contagium, quo esse dicitur, causam volatilem supponit; sed quæ quæso mobiliora sunt volatilibus? hinc magna vi in fluida corporis nostri agunt, ut citius ac evidentius etiam robustiores, à calidorum & volatilium quantitate, periculosa subeant incommoda, imo mortem sibi accersantur. Instituta in anatomicis experimenta cum liquoribus volatilibus manifestò probant, ut Coagulationem sic & resolutionem excessivam Massæ sanguineæ consistentiæ & sanitati adversari, mortem interim frequentius in contagiosis, resolutioni adscribendam venire, cui enim nisi in historiis & observationibus Practicorum peregrino ignotum esse poterit, quantape.

ta pericula quantaq; internecione Massæ sanguineæ inten-
tarint dissolutiones Volatilium oleosorum, & acutum salso-
rum, intempestivus usus, & incauta exhibitio: si loco con-
fortationis, spiritus nostros jam dū impetuosos, in totalem &
deleterium orgasmum adegerunt, & compedibus suis dis-
sociatis penitus liberarunt. Sic Theriaca & Mithridati-
um famosa in malignis antidota multis, qui tempore pestis
Hamburgensis, ad alterutrū ceu sacram anchoram præfer-
vandi & curandi sine, sine discrimine confugerent, eusq;
partem notabilem assumerent, non consulta p. 168. p. 169. spi-
rationis suæ ac alvi ratione, graviora symptomata cula-
bantur, quorū agmen in plurimis acerba mors claudebat,
observante hoc *Excellentissimo Cymbrorum Medico Dn. D.*
JOH. DANIEL MAJORE, in Chirurg. infusor. p. m. 268. anne-
xâ hac epicrifi, quod calorem sanguinis exaltaverint, & po-
ris eventilationi vaporum non satis perviis, periculofum
istiusmodi, & quandoqve lethalem orgasmum excitarint
in sanguine, quem jam ante fluidum nimis esse tempore
Pestis febriumqve malignarum cenlet Franciscus de leBœ
Sylvius. Notabilis Mellenbrocei Observatio quam in
tractat. de Cochleariâ curio p. 84. recenset, adducta pariter
illustrat, Juvenem refert, febre laborantem post vola-
tile quoddam acceptum, anxietatem ac ardorem in ven-
triculo & linguâ percepisse, adeò ut hæc inflammata intu-
mesceret, cum summo suffocationis periculo & ex ore ma-
teria crassa Calidissima, instar picis liqvefactæ efflueret,
morti hinc vicinum ab exhibito pulvere præcipitante leva-
men non tantum maximum consecutum sed & restitutum.
Spiritum Cornu Cervi famigeratum alias alexi-
pharmacum successivè sicqve simul excessivè exhibitum
in malignâ febre lethalem edidisse effectum novi, cum
post sudorem purpureum à liqvefactione sanguinis ex-
cessiva

cessiva simul altero die purpureâ exsudaret animam æger.
De oleo succini intempestivè exhibitò nocivo, aliàs bo-
no, notatu dignam refert observationem *Senneri. de Conf.
& diffens. Chymicor. Cap. 18. p. m. 688.* Nec mirum.
Cumenim volatilia sanguinem crassum & melancholicum
ita agitare & dissolvere queant, ut consistentiâ orbatus,
cordis palpitationem & syncopen cardiacam cum hæ-
morrhagiâ larga produceret, & metus esset, ne vel to-
tus sanguis per nares disfluxisset, vel syncope cardiacâ de-
repentè æger occubuisset, nisi acidis adstringentibus &
opiatis maturè sanguis denuò incrassatus fuisset, qvæ
quid à sale volatili oleoso Sylvii factum legimus in *Actis
Haffniensium Vol. 1. p. 209.* Nec minus ex frequen-
ti Spiritus Volatilis urinosi usu, massa sanguinea salibus
acribus & volatilibus biliosis natura scatens ita resoluta,
ut æger inde in hæmoptysin incideret, qvæ in Phthisin ter-
minata vitæ finem imposuit, testis est celeberrimus
Archiater Ducalis saxon. *DN. D. Hoffmannus in clav.
Scræder. p. m. 668.* quid ni in ardentibus & malignis vo-
latilia efficient? novas angustias, dissolutiones virium
funestas, intentiores æstus & insurgentis naturæ confu-
siones, annotante id *Ludovico dissert: Pharmaceut 1. p. m.
189,* sudores itidem colliqvativos, convulsiones, hæmo-
ptysin, hæmorrhagiam narium insignem, fauciumqve in-
flammationes, cum deliriis producant; eaqve funesta
facilius iis eveniunt, qui tenuiorem s. fluidiorem habent
sanguinem ob bilis nimiam volatilitatem, hinc præ aliis
citius labe venenata corripiuntur, ob pororum laxita-
tem, quam particulæ minus arctè sibi junctæ sed hinc &
inde inter se volitantes efformant, sine ulla aut magna re-
sistentia versus quam minorem corporum motus nun-
quam non fertur, recipiunt peregrinum, in eundem mo-
tum

tum conspirant, & primos in contagiosis symptomatibus malignæ febris se infectos probant. Tardius inficiuntur quorum sanguis justæ & legitimæ consistentiæ est, aut acidior, melancholici inde vix ac ne vix quidem læduntur, ex resistantiâ quam Sanguis acidior agit majori, ut veneno non nisi cuspidibus obtusis transitus pateat, unde vel innoxie in iis corporibus morantur, vel aliunde abeunt, & sic à lue maligna sæpe immunes degunt. Ex hoc fundamento fluere autumo, quod acida in malignis certa alexipharmaca prædicentur, ut etiam in Viennensi pariter & Saxonicâ suffragantibus aliorum locorum & temporum historiis ex *Atb. Kircher. Scrutin. pest. p. 376. Barthel. Cent. anat. 4. Hist. 13. Senneri. de febris p. 435.* acida remedia, etiam acerum bezoardicum vilius, vel acetum vini Vulgare & immunes servaverit, & ægros liberaverit; Acida quippe & Volatilia mutuâ lucta vehementique allisione in se invicem ita agunt, ut obtusâ particularum acie omnis vis & acredo pereat, aciem enim unius ferri affricatam non augeri sed obtundi quotidianum est, adde quod sanguini laxiori consistentiam firmiorem inducant acida & arctiori vinculo crassiores cum fluidioribus constringant, unde ex temperata mixtura præservatio vel curatio à febre maligna acidis fit. De Alexipharmacis eorumq; vero usu jam differendum esset, sed pagellarum angustia id non permittit in gratiam juniorum, quibus inter est, hæc saltem præfatus, plura de hisce differendi alia forte feret occasio. Hoc interim ex allatis monitum tenendum est; In malignis curandis, si in ullo morbo, summa prudentia, limato iudicio & accuratâ cautelâ opus est, suâ industriâ exemplum præbet *Sydenham, oper. f. sect. 1. cap. 2. p. 9.* ingenue confitetur, quàm difficillimi laboris sit, febris malignæ tam valde mutabilis genium invenire, hic si
per

perspectus habetur ad eundem per domandum recto pede
 cum Sydenhamio & intrepidè æquali felicitate pro-
 cedi poterit; optimum hinc consilium est ut periculum
 vitetur si persona, consuetudo, ac transpirationes non
 cognita sint, non vehemens sed mediocre aliquod & fe-
 rè infra debitam dosim exhibeatur medicamentum. Hæc
 cautela, neminem felici successu frustrabitur. Monitum hoc
 aureum in Malignorum aliorumve morborum cura, ubi
 periculum latet, Clarissimo Dn. Candidato cordi esse plu-
 ribus in sua dissertatione inaugurali probat. Lucem
 primum ille aspexit, *LBONTINI*, Prignizirensis Marchiæ
 Circuli prope Albim urbe non incelebri, in qua natus
 est d. XVIII. Augusti anno M DC. LXXII, Patre adhuc
 superstite *Viro Nobilissimo, Amplissimo & Prudentissimo*
 Dn. FRANCISCO SIXTO Loffhagen/ Juris Practico
 Famigeratissimo, Reipubl. Lenzenl. Consule Dignis-
 simo ac Militarium redituum Elector. Brandenburg.
 Directore Meritissimo, qui simul Generosis Domi-
 nis de Wencstern/ Hæreditariis in Lenzwisch à Con-
 siliis est. Matrem habuit omni virtutum sui sexus genere
 Spectatissimam CATHARINAM Krausen/ Avum Paternum
 veneratur Virum Amplissimum & maxime ingenuum
 Dn. BARTHOLDUM Loffhagen/ Oenopolam & Civem apud
 Perlebergenses Primarium, cum Avia Paterna, virtutibus
 generoso & per antiquo stemmati, Palæo- March. &
 Prignizenl. derer von Krausemarcken convenientissimis, Or-
 natissima Matrona CATHARINA Krausemarcken /
 Avum Maternum salutat Virum Nobilissimum Amplis-
 simum & Prudentissimum Dn. CHRISTOPHORUM Kraus-
 sen Juris Practicum Celeberrimum & Consulem Patriæ
 Meritissimum, cum Avia Materna, Nobilissimis sexus
 sui virtutibus spectabili MARIA Köppen / ex
 Ceo

Celeberrimâ olim Leontinenſi familiâ *der Köppen* ori-
 unda. Ante juſtam ætatem â ſollicitis Parentibus cum
 non ignorarent qvo eſſet eximio ingenio puer, Præce-
 ptoribus concreditus eſt, & cum ætas ferret ſpeciati-
 m. *Dn. M. HENRICO Krauſemarcken t. t. Rectori Scho-
 læ meritiffimo*, ſed cum morte præmatura non ſine Ec-
 cleſiæ Leontinenſis luctu cum *Archi-Diaconus* vocatus
 eſſet eriperetur, eadem cura *Viris t. t. Rectorum* no-
 mine claris *Dn. JOHANNI BIERSTADIO* jam Fautori ac af-
 fini ſuo Honoratiſſimo, hujusq; ſucceſſori *Dn. SIGIS MUN-
 DO BRATHRINGIO* pariter; affini ſuo colendo comiſſa eſt,
 qui omnem operam qvoq; ad rectam educationem in bonis
 literis non ſine ſucceſſu dederunt; cum enim ab Eccleſia
 Möhrblingenſi *Dn. BRAHTRINGIUS* Paſtor vocatus jam
 vigilantiffimus, Rectoratum vacuum relinqueret, *Pr. t.
 Scholæ Patriæ Rector Meritiſſimus Dn. JOHANNES
 CONRADUS GRÆVIUS* prævia repetitione Prædeceſſorum
 manuſcriptione felicem ex frequenti relictæ hujus diſcipuli
 reſponſione advertit, hinc diligentæ ſuâ qvoque opera
 addidit calcar illaque omnia ipſi inculcavit, quibus ad ex-
 teras ſcholas abiens inſtructus eſſe debet. Et ſic optime
 præparatus Anno *M. DC. LXXXIX* *STENDALIAM* miſſus,
 & Scholæ, quæ eximie eo tempore florebat, inſertus eſt. Præ-
 erant Scholæ *M. JOHANNES FRIDERICUS ENGELHART*
 Rectoris nomine clarus & *JOACHIMUS LAKEMANNUS*
 Conrect. vices agens, jam ad eadem *D. Petri* Paſtor
 vigilantiffimus, è quorum publica & privata inſtituti-
 one, per annum durante majores fecit progreſſus. Sed
 cum incredibile diſcendi cupiditate flagraret, Scholam
 quæ *HELMSTADII* claret adiit, & per biennium ſub ductu
 Rectoris ejus Clariffimi *Dn. JOHANNIS HUMMELII* quæ
 in humanioribus deſſe poſſent, addidit, inque id uni-

)(

ce

ce intendit, ut ingeniū moresq; iis approbaret, quibus cen-
sura competebat, hinc hospitio laudati Dn. Rectoris & victu
pro scopo facilius obrinendo, nec sine successu, utebatur,
Crescentibus annis discendi amor crescebat, & magis se-
ria deprecabatur, ex Schola hinc euntem Academia ex-
cepit, ut studia sua ad maturitatem adduceret. Studiū Me-
dico se devoverat, hinc institutum laudabile consiliis et au-
xiliis ab Excellentissimis in *JULIA* hac Medicinæ Profes-
soribus promovebatur. Per trienniū enim & quod excur-
rit Nobilissimum Amplissimum Excellentissimum &
Experientissimum Virum Dn. *HENRICUM MEIBO-*
MIUM Medicinæ Doctorem ejusque & Histor. ac Poës.
Professorem Publ. Celeberrimū, Archiatrum Guelpherby-
tanum, Fautorem ac Amicum nostrum æstumatissimum,
chirurgica & practica eruditissimè proponentem sedulò
audivit. Privata informatione fidelissima Viri Nobilissimi
Excellentissimi Experientissimi Dn. *FRIDERICI SCHRA-*
DERI Med. Doctore ejusque & Physices Professoris
Publ. Celeberrimi per eundem temporis decursum usus
est, & sub fidelissimo ejus ductu Physiologico, Pathologico,
Anatomico & Materiæ medicæ, collegiis sedulus adfuit,
hisque sic innutritus Physicis & anatomicis demonstra-
tionibus tum privatis in animalibus, tum unæ publicæ
in corpore fœminino interfuit. Nec chymicorum præ-
parationes neglexit, præeunte hinc Nobilissimo Ex-
cellentissimo & Experientissimo Dn. *JOHANNI ANDREA*
STISSERO Med. Doctore ejusque Professore Publ. Cele-
berrimo encheireses eorum & quæ notari merentur addi-
dicit; quibus junxit simul sub ejusdem laudati Viri
directione Pharmaceutica, non ignarus quam propin-
qua chymicæ pharmaceutica ars sit, medicis imprimis
si jungatur & insuper utilis et necessaria. His omnibus
instructus

instructus & varia eruditione locupletatus, vires suas ut
periclitaretur Dissertationem, Anno nonagesimo quarto,
sub Præsidio Excellentissimi *Dn. D. SCHRADERI*, cui se
obstrictissimum profiteretur, eruditorum examini cum
laude exponebat de FEBRE QVARTANA. Domum
autem post hosce labores, qui omnē laudem merebantur,
nec minus commodum non leve promittebant, reverens
suasu Parentis sui venerandi & amicorum Almam no-
stram Varniacam ante annum & dimidium saluta-
bat, nomen suum apud me profitebatur, cum desiderio
quod studiorum felicem eventum intendebat. Discursus
& disputatio oblata mox testes erant de felici hactenus
studiorum tractatione, quibus quoque statim favorem Viri
Nobilissimi, Experientissimi & Excellentissimi *DN. BERN-
HARDI BARNSTORFFII* Med. Doct. ejusque Profess. Publ. Ce-
leberrimi, Facult. nostræ Senioris, atque p. t. Rectoris Magni-
fici, Fautoris, Collegæ ac Amici mei ætumatissimi, sibi
conciliavit. Sic à nobis charè acceptus utriusque consiliis in-
nutritus est. Imprimis a Privatisima informatione mea
usus, Physiologica, Pathologica, Pharmaceutica, denuò
accuratè repetiit, & cum chymica, anatomica ac Physica
reliquis suis commilitonibus ostenderem, quæ experi-
mentis postea probata dabam, eadem indefessa industria
adfuit; insuper autem Collegii Practici Medico Chirurgici
privatissimi sedulus auditor fuit, & quæ clinica Praxis
suppedirabat tantâ industria notavit, ut sæpè tum indu-
striam tum judicium ejus in Praxi summè temper necessari-
um, miratus sim, Cumque sic omnia in succū & sanguinem
conversa tenebat, abitum meditabatur, non tamen disces-
surus, nisi eruditionis suæ publico munitus testimonio
esset, eum in finem ut ad Facultatis nostræ examina
admitteretur ea quæ decet reverentia rogavit, admisimus
illum

illum, in protectus ejus accuratè inquisivimus, quos
tales deprehendimus, ut Facultatis Amplissimæ prompto
suffragio ad habendam Disputationem Inauguralem **PRO**
LICENTIA, GRADUM DOCTORATUS LEGITI-
ME CONSEQVENDI dignus sit habitus, quam de Febre
Petechiali sibi elegit, cum in nuperis petechiis Rostochii
hic per menses Novembr. Decembr. præteriti & Januar.
hujus anni nociyo cum dominio mortem plurimis inferen-
te grassantibus probè observaverit, quanta in medendo
præcautione & prudentiâ opus sit. Hæc omnia laudabili-
ter gesta quoque effecerunt, ut ab **ILLUSTRI DUCA-**
TUS MECKLENBURGICI REGIMINE, QVOD IM-
PERATORIA AUTORITATE NUNC EST
GUSTROVII CONSTITUTUM, Præsidii Boizenbur-
gensis militiæ Medicus vocatus sit; Sed anteqvam spartâ
oblata fungeretur Dissertationem suam Inauguralem eru-
ditorû exanimi submittere, è re esse ducebat, Qvapropter
cum dies xviii. Augusti ad hunc actum Majorum recepto
statuto nobis solennis sit, **MAGNIFICUM DOMINUM**
RECTOREM UTRIVSQUE; REIPUBLICÆ PROCERES
COETEROSQUE; OMNIUM ORDINUM CIVES ACA-
DEMICOS & LITERAKUM FAUTORES ut suâ præ-
sentiâ Disputationem hanc Inauguralem illustris-
simum reddere velint observanter &
officiose invito.

Publ: Rostochii sub Sigillo Fa-
cultat. Med. d. ix. Aug.
Ao. M, DC. XCVI.

163

experientiam observationem suppeditant *E*
I. an. 8. observat. 269. Ad tempus eventus
quam alia maligna acuta esse solent,
percurrunt ut in statu intra dierum sex,
cursum non mutantur, sed in eodem tenor
tequam vel in melius vel in deterius muten
servationibus practicorum hoc notabile est
negligunt sicque curationem differunt, hi
non vitant, diutius non tantum decumba
observentur, vires non prostrata adeo sint,
dies ferè eventus adsit, sed sæpissime succumb
Theil. XXIII.

His itaq; expositis, in ancipiti licet morbo c
stituenda venit, ubi è chirurgico fonte omni
da Venæ sectio est, quæ ad nisum spirituum in
a multis valde laudatur, eaque eò magis si ple
vehementissime ebulliat, ex qua, licet non mor
matum sublatio obtineatur, levamen tamen
cautè admodum, nec nisi urgente necessitate
enda, & tanta majori circumspeditione & an
prius diligentissime explorato cæterisq; agr
serio pensatis, sagax medicus hanc muneris si
nesciverit a cuspide lanceolæ vitam ægri & m
perientia edoctus, quod venæ sectio jam in pe
noxam induxerit. Inconvenienter enim ad
one spirituum vis elastica adeo præpeditur,
succumbant, neq; e amplius debito modo
unde venenum sese in tantum recolligit & n
ut eventus status anceps reddatur. De cucu
addam, cum enim vices Venæ Sectionis supple
ea posset per se patet, quod nullus in hac febr
Sed circa vesicatoria alia plane disputatio est
*lib. 17. sect. 13. Cap. 1. & WALDSEHMIDIIUS in Ep
2. Obs. 114.* affirmant cum felici successu non u
toria applicari posse, nec minus *SANCTORI
error. p. 202. & seq* ea in malignis svadet, pa
prax. p. 365. in nulla febre magis quam in petec
cet. *Quibus tamen suffragari meritò hæreo*
C 2

Cur. Doc!
et minus
tempora
ium de
gri, an
ne ex ob
norum
liberum
ania ritè
ordicim

rdatè in-
sideran-
uendum
sanguis
sympto-
it. Sed
institu-
e, pulsu
instantiis
et, si non
re, & ex-
erit, jam
na secti-
plane
valeant
fluida,
catis nil
i institui
queant.
sua prax.
ec. I. An.
a vesica-
virand-
LERUS-
re ca do-
l causti-
CUR

